

Theologiæ Sacramentalis Scholasticæ Et Moralis Pars ...

Ad Mentem Doctoris Subtilis Ioannis Duns Scoti D. Augustino conformen

In Qua Tractatur De Contractu Et Sacramento Matrimonii

Bosco, Jean a

Lovanii, 1678

Concl. III. Stat validus consensus matrimonialis cum falsa opinione
consanguinitatis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73432](#)

est. Ergo videtur evidens, quod defuerit confessus, & illo amoto, evidens est, Matrimonium illud fuisse nullum. Hæc illa.

Atque ut fuisse Matrimonium validum, nunquid peccaverat mortaliter Titia, decipiendo Sempronium in illa qualitate? Audi Pontium lib. 4. cap. 21. num. 14. denique

(inquit) addendum est, eum, qui decipit in aliqua qualitate, si deceptio gravis sit, aut notabilis, peccare mortaliter, nisi vel excusat à peccato mortali bonâ fide, vel occasione aliquicui majoris boni, quod sequitur ex illo Matrimonio, ut, si aliqua, quæ virgo non est, existimat bonâ fide non esse peccatum, sic nubere. Minus autem ea obligatur, si non abalio, sed à seipso corrupta fuit. Unde Confessarius, si videt bonâ fide contrahere eum, qui decipit, aut tantum bonum sequi ex illo Matrimonio, ut deceptor non efficit rationabiliter in virtus, non tenetur admonere, maximè si non sperat foro, ut ille, qui decipit, deficiat à contrahendo. Hæc illa.

Ego credo: Titiam fortè non peccasse mortaliter, decipiendo Sempronium (nisi propter graves dissensiones, & scandala, quæ nata erant ex tali provenire Matrimonio) sciebat namque Sempronius, si verum erat, quod Titia narrabat, se indignum esse tali Matrimonio, & idēc minimè contrahere debuerat contra voluntatem parentum Titia; cogitavit ergo & ipse decipere, & deceptor fuit. Sibi ergo imputare debuit, quod loco nobilitatis, acquisiverit ignobilitem, non satis inquirendo conditiones & mores Titia, prout debebat, spæ alleetus acquirende nobilitatis.

Sed nunquid probè jam sciens, eam esse meretriculam, quam putaverat virginem, tenebatur Matrimonium consummari? Negat Vivaldus apud Sanchez lib. 7. disp. 18. num. 20. quia, inquit, cogerebatur incurire irregularitatem bigamiae, accedendo ad corruptam sponsam, ut notat (bene) Hugo in cap. Raptor, 27. q. 2. quem refert & sequitur Sylvester. verb. Matrimonium, 8. q. 1.

Sed, ut rectè notat Sanchez, hi Auctores solum loquuntur de sposa de futuro, quod & alii plures docent, & nos cum ipsiis docuimus proprio loco. Ergo etiam idēc dicendum de sponsa de praesenti, negatur Consequens: siquidem non omnis error, qui sufficit, ut sponsalia dissolvantur, sufficiens est, ut solvatur Matrimonium de praesenti, etiam solum quoad thorum. Causa enim divorci (inquit Sanchez supra) sole sunt, adulterium corporale aut spirituale, aut sœvitia alterius conjugis, & hæc non est causa perpetui divorci, ut suo loco videbimus. Dicamus ergo cum

Sanchio, Sempronium omnino debuisse consummare Matrimonium, supposito ejus valore, non obstante irregularitate bigamiae; sibi etenim imputare debuit, quod non maturius vitam & mores Titia invenigaverit, antequam de praesenti cum ea contraheret.

Alia questio est; an Parochus qui, ^{102.} siens dolum & deceptionem Titia, praef. An in eo casu Parochus sensu fuisse illi contractui, incurrit fuisse triennii suspensionem, cap. fin. de Cland. def. pars cap. ponatione? Affirmat Majolus l. 3. de Irregular. cap. 25. num. 14. ubi de impedimento erroris, eō quod dolosè afflatus interdicto Matrimonio.

Sed illi (inquit Sanchez suprà num. 22.) non fidem habeo. Quia caput illud finale, § ult. dum imponit triennii suspensionem Parochi, afflimenti Matrimonio interdicto, non loquitur de quocumque Matrimonio, in quo aliqua culpa intervenit, sed de solo interdicto à jure vel à judice, ut probavi lib. 3. disp. 48. num. 5. at in hoc casu nulla juris aut judicis prohibitio adest. Hæc ille.

Subscribo ego verba illius §. Sane si Parochialis Sacerdos tales (sicilicet, inquit Gloss. ibi, post allegatum impedimentum) conjunctione prohibere contempserit, aut quilibet etiam regularis, qui eis presumperit interesse, per triennium ab officio suspendatur, gravium puniendus, si culpe qualitas postulaverit. Sed his qui taliter presumperint, etiam in gradu concessio copulari, condigna panitia injungatur.

Ubi Gloss. verb. Panitia, ait: Nota, quod ^{103.} puniuntur contrahentes, & tamen nullum iubet. Videatur impedimentum sed illud idēc sit, quia contrahentes quod non contra interdictum Ecclesiæ; unde puniuntur non propter impedimentum, sed quia mandatum Ecclesiæ contemnum. Ergo secundum Gloss. ille §. solum loquitur de Matrimonio, ab Ecclesia interdicto, quale non erat Matrimonium Sempronii cum Titia.

Porrò si à me queritur, an falsa existatio impedimenti dirimenti, sit error circa substantiam Matrimonii? Respondeo:

CONCLUSIO III.

Stat validus consensus matrimonialis cum falsa opinione consanguinitatis.

Hæc Conclusio potius indiget explicatione, quam probatione. In primis autem certum esse debet, & apud omnes certum est; Matrimonium valere, quando cum errore facti conjungitur error juris, id est, si contrahentes nesciant consanguinitatem esse impedimentum dirimens; quia tunc nulla-

Disput. II. De Contractu & Sacramento Matrimonii.

434 tenus deficit consentius. De hoc ergo Matrimonio non queritur. De quo ergo?

Cōtingit aliquos existimare, le teneri aliquo impedimento dirimente, v.g. consanguinitatis, cū tamen non teneantur, & sub eo errore contrahunt, probè scientes, Matrimonium inter consanguineos subftere non posse. Nunquid valet Matrimonium sic contratum? Et ratio dubitandi est; quia non apparet qualiter veram intentionem ineundi Matrimonium habeant, qui illud sibi impossibile esse putant.

Sánchez. Et idēo (inquit Sanchez lib. 2, disp. 33. n. 1.) duplex est sententia. Prima, satis probabilis, afferit, non esse Matrimonium defectu consensu. Secunda sententia, probabiliter (inquit idem Auctor n. 2.) affirmat valere Matrimonium. Ego tamen (air Pontius lib. 4. cap. 23. n. 1.) existimo, non esse inter haec sententias discrimen re ipsā, neque Thomam Sanchez ab illis, qui primam tenent dissident, si res ista distinctè explicetur. Hec ille. Et idēo ego consulto dixi, hanc Conclusionem potius explicazione, quam probatio indigere. Conciliatio autem utriusque sententie patet ex solutione argumentorū.

105. Itaque probatu prima sententia, Primò ex l. 15. ff. de Acquir. hæred. 1s, qui putat Matrimonium tali causa non valere, ex l. 15 ff. de Acquir. hæred.

Resp. Sanchez & Co-var. Relponder Sanchez suprà n. 4. cum Covar. 4. decret. 2. part. cap. 3. §. 7. num. 2. opinionem præferri in eo casu veritati; quia ad eum actum est necessarium agentem scire, ex qua causa & quo iure eundem actum agat, ut ibi notat Jason. At in Matrimonio (inquit Covar.) non est necessarium, contrahentem illud, certò scire, nullum subesse impedimentum ad contrahendum. Sat enim est illud impedimentum non subesse, & contrahentem consentire Matrimonio, etiam refragante lege Canonica, quæ illud prohibet inter consanguineos.

106. Sed hoc est, quod queritur; an contrahens cum isto errore possit verè consentire. Et quod non, probat prima sententia secundò: quia sic erratur circa Matrimonii substantiam, cū conjuges existimarent, sibi impossibile esse corporis traditionem. Quomodo ergo in eam verè possunt consentire? Quippe (& est tertia probatio) voluntas non potest ferri in impossibile, ut juris cōscius, qui Sacerdos non est, nequit intendere consecrare.

107. Resp. Sanchez. Relponder Sanchez suprà: Ad 2. negatur, errorem circa valorem Matrimonii illud irritare, ut constat in aliis Sacramentis. Ad 3. dic, non posse voluntatem ferri omnino ab-

solutè in impossibile, benè tamen sub conditione, inquantum potest.

Infero ego; ergo saltem aliquid judicium, seu aliqua cognitio requiritur possibiliter, quâ contrahentibus occurrat, forè tenere eo impedimento, & per consequētatem, fortè validè posse contrahere, & hoc falso judicio seu admisso, non est verisimile, si etores aliquos voluisse negare valorem, jussimodi Matrimonii; sed supponit primæ sententia, quod contrahentes omnino absolvitè judicent, Matrimonium inter eos esse impossibile propter impedimentum, quod subesse putant, & nihilominus vele aliter contrahere, quidquid jus refutat. Quod impossibilis est intentio contrahendi substantione, inquantum possunt, & id est propriè valere Matrimonium. Et si oppositum intendit Tho. Sanchez (inquit Pontius lipp. n. 2.) plane falsum est, & ejus argumentum nequaquam id probant.

Sed nunquid oppositum intendit Tho. Sanchez? Audiamus ipsum pro se loquens secundū, inquit, sententia probabilitate valere Matrimonium, si contrahentes intendant, quantum in seipsis est contenti; quia haec personæ sunt reverā habiles ad contractandum, & intendunt quantum possunt contrahere, ergo verè contrahunt. Ecce prius argumentum. Sed quomodo intendunt, tenus possunt contrahere, si nullum habent conceptum possibilisitatis? Ergo prius argumentum postular cognitionem impossibilitatis.

Secundum argumentum et tab. Constante hoc errore est possibilis contractio, constat ex cap. 1. de Sponsal. in capitulo, ubi deciditur, ex sponsalibutatione consanguinitatis, vel alterius impedimenti, oriri publicam honestatem, modis consensus; ergo supponit textus possibilis esse consensum cum impedimento diffidere. Relponder Pontius suprà, Primum intelligi cum textum, quando ignorari possit impedimentum, & ita cum ea ignorari possit esse consensum. Deinde, inquit, regni potest: intelligendum esse, quando omnia sponsalia sunt in ordine ad Pape confirmationem, sub ea conditione, & Pontificis luit dilipare; sicut enim tunc sufficiens sensus ad sponsalia, conditionem, scilicet ita potuit ex illis, licet nulla remanserit, rebus impedimentis, oriri publica honestas, cum non fuerit consensus ab solutorum facti ditionatus. Hæc ille.

Sed contra primam responsonem, Hæc sunt verba textis: Ex sponsalibus parva certeis, etiam si consanguinitatis, affinitatis, frumentat, Religionis, aut alia quævis ratione nulla, dummodo non sint nulla ex defensione sensus, oritur efficax ad impedendum.

mendum sequentia sponsalia aut Matrimonia, non autem ad precedencia dissolvendum, impedimentum iustitiae publicae honestatis. In quibus verbis nulla sit mentio ignorantiae; ubi autem jus non distinguit, neque nos distinguere debemus, absque evidenti ratione, que hic non apparet; potuit enim Ecclesia meritò velle, ut ex sponsalibus, etiam contractis cum notitia impedimenti, oriretur iustitia publicae honestatis; quia licet revera non essent sponsi, tamen pro illis habiti fuerunt, & haber voluerunt ab ignorantibus impedimentum.

III. Reponunt Aliqui: distinctionem colligunt, si ex illis verbis: *Dummodo non sint nulla ex defectu consensu*; jam autem quando scienter contrahunt, ille consensu contra ius, habetur pro non consensu; arg. leg. *Non dubium*, 5. Cod. de Legibus, ibi: *Nulum enim pacium, nullam conventionem, nullum contractum inter eos videri volumus subsecutum, qui contrahentes, lege contrahere prohibentes; ac proinde tunc sponsalia illa erunt irrita ex defectu consensu*. Ergo de hujusmodi sponsalibus non loquitur illud jus, sed illis tantum, quae contrahunt cum ignorantia impedimenti. Video sic posse sustinerti primam responsum Pontii.

Sed quomodo valere possit secunda responso non capio, ut potè exprelse repugnans verbis textus ibi: *Ex sponsalibus puris, id est, non conditionatis*: Nam (ut ait Glossa ibi verb. *Puris*) *Conditionalia non inducent publicae honestatis iustitiam, ut dicatur in fine*, qui talis est: *Illi vero, qui sponsalia cum aliqua muliere sub conditione contrahit, si postmodum ante conditionem eventum cum alia prioris consanguinea per verba contraxit de praesenti, cum secunda remanere debet; cum ex sponsalibus conditionalibus ante conditionem extantem, sicuti consensum non habentibus & incertis, nulla publicae honestatis iustitia oriatur*. Ergo in principio illius cap. per sponsalia, ex quibus oritur iustitia publicae honestatis, non possunt intelligi sponsalia conditionata seu contracta sub hac conditione: *Si Pontifex dispensaverit*.

Demus itaque, præfatum textum loqui, sicut revera loquitur de sponsalibus puris seu absolutis, & non conditionalibus, idque contractis, etiam cum scientia impedimenti, quod saltem probabilius est, ut suo loco videbimus; nunquid ex eo bene sequitur: ergo cum falsa opinione impedimenti potest stare consensu matrimonialis?

Nequaquam: quippe consensu matrimonialis debet esse internus, ut autem sponsalia non sint nulla ex defectu consensu, sufficit, secundum Sanchium, quod quis exterius consentiat.

Et dato, quod sufficeret defectus consen-

sus interni, hoc intelligendum est, quando, si adebet consensu internus, sponsalia forent valida, ut sensus sit: ex sponsalibus puris & certis non oriri iustitiam publicae honestatis, quando ex solo defectu consensu sunt nulla. Patet ex Glossa verb. *Consensu*, que sic ait: *Putat contracta ab infante vel furioso, quae, secluso quocumque alio impedimento, sunt nulla*. Unde tametsi infans vel furiosus exterius contrahet sponsalia instar aliorum; equidem, quia defectu consensu interni sunt irrita, non oriretur ex eius iustitia publicae honestatis, quia tales sunt incapaces consensu ex natura rei.

Hinc ead. Glossa, in positione casus sic 114. ait: *Nota, quod ex sponsalibus nullis, dummodo non sint nulla ex defectu consensu, oriatur publicae honestas: id est si Monachus vel Presbyter contraheret, aliquis coniunctus Monaci vel Presbiteri, non posset eam habere in uxorem; ex quo illa sponsalia non fuerunt nulla ex defectu consensu, quia Monachus habet consensum; quia consensus est de jure naturali in l. 1. ff. de Pactis: ideo illa sponsalia non sunt nulla ex defectu consensu, sed sunt nulla propter susceptionem Ordinis sacri*. Quia videbatur Monachus iure naturæ est capax consensu, quamvis jure positivo consensus ejus sit invalidus, & quasi nullus.

Immò stante iudicio omnimodè impossibilitatis contractus, videtur impossibilis consensu efficax pro illo tempore, quo contractus est impossibilis, quamvis possit sibi in illo contractu complacere, & etiam efficaciter velle, quantum est ex se, id est, supposita eius possibilitate, quae fortè latet, & casu quo fieret possibilis.

Non ergo negamus; aliquem consensum posse stare cum opinione falsa impedimenti, scilicet, volo contrahere Matrimonium, casu quo possim quoquo modo contrahere; sed dicimus, non posse stare ab solutum consensum in traditionem corporis, que apprehenditur omnino impossibilis, & sub illa apprehensione. Atque haec sat is de secundo argumento Sanchii.

Tertium sumitur ex Clement. un. de Consang., ubi excommunicantur contrahentes in gradu prohibito, quod non aliter fit, Tertiū arg. Sanchii, de' quām supposito, posse esse consensum, eo sumptum ex Clem. un. de Consang.

Respondet Pontius, suprà n. 3. Punitur in illa Clementina factum ipsum scienter & cum præfinitione, sive fuerit alias consensu sufficiens, sive non: id enim ad penas excommunicationis non pertinebat, cum non puniantur sic contrahentes propter consensum, quem Ecclesia punire non potest, sed propter effectum ipsum, & Matrimonium exterius contractum. Hæc ille,

116.
Expenditur
d. Clement.

Subdo verba Textū: *Eos, qui divino timore postposito, in suarum periculum animarum, scienter in gradibus consanguinitatis & affinitatis, Constitutione Canonica interdictis, aut cum Monialibus contrahere matrimonialiter non verentur: nec non Religiosos & Moniales ac Clericos in sacris Ordinib[us] constitutos. Matrimonia contrahentes, refranare metu p[ro]p[ter]e ab huiusmodi eorum temeritatis audacia cupientes: ipsos excommunicationi sententia ipso facto decernimus subiacere: Præcipientes Ecclesiasticis Prelatis, ut illos, quos ei[us] confiterit taliter contraxisse, excommunicatos publicè tamdiu nuntient &c.*

Porrò exterius solum ita contrahere, nisi sublīta justa causa temeritatis audacia est, cūm siue interius consentiat, sive non; propterea non minus peccet, si habeat animus, illud Matrimonium externum consummandi. Et quale scandalū reperitur in illo Matrimonio externo, sive adul[ter]ius internus, sive non. Semper autem adest consensus, ut suppono, in actum illum externum, qui consensus similis cum isto actu dignus est, ut puniatur tali poenā, & probabile est, quod de facto puniatur.

Quod ergo dicit Sanchez: *Deficiente consensu non incurritur excommunicatione, verum est de consensu libero in actum externum Matrimonii; illo enim deficiente propter ignorantiam, vel aliam causam, indubie non incurrit excommunicatione, cūm tunc ille contractus exterior non sit peccaminosus.*

117.
Ultimum
arg. Sancti.

Restat ultimum argumentum Sancti, utputa: Quia si haereticus credit, baptismum esse rem irrisoriā, nilque valere, verē baptizat, si verē intendat facere, quod potest, & intendit Ecclesia, ut fatentur omnes, & ita cum errore valoris baptismi est compotibilis consensus; ergo similiter in nostro casu, quāvis hi errent, credentes non valere Matrimonium, possunt habere legitimū consensū, eumque habent, si intendant facere, quod possunt, & intendit Ecclesia.

Oppenditur
non esse suf-
ficiens, ex
Pontio.

Sed neque hæc probatio (inquit Pontius supra n. 4.) sufficiens est. Quia idem in haeretico potest esse voluntas, & illa intentio faciendi, quod facit Ecclesia; quia in ejus intellectu præcedunt duo iudicia, unum speculativum, quo speculativè judicat, Baptismum esse rem irrisoriā, & ita sibi persuaderet. Aliud verē practicum, quo cognoscens Ecclesiam aliud docere, iudicat per extrinseca principia, hic & nunc illud agendum, & idem vult agere; nam cum solo primo iudicio, nequam posset sequi is actus voluntatis. At in nostro casu, si certò credunt contrahentes, subesse impedimentum, quāvis falso, & simul sciunt cum eo impedimentum non posse Matrimonium consistere, non possunt habere eum consensum contrahendi,

Si possunt, nisi præcesserit etiam in intellectu simul cum illo iudicio aliud, quo judicato, posse ipsos falli in ea persuadere, & ita volunt contraferre, si quo modo possunt.

Est etiam (prosequitur n. 5.) manifesta ratio pro nostra sententia. Quia intentio non potest sequi in voluntate, nisi juxta id, quod in intellectu præcessit, neque contra id, quod in intellectu perseverantem, potest quidquam voluntas intendere. Ergo cū in intellectu solum sit cognitio vera iuris, & nō alia de dubio facti, non potest esse intentione contrahendi, si possunt. Quam enim cognitionem sequetur ea intentio?

Explico à simili ex doctrina communis in materia de conscientia. Potest, qui libet, duabus opinionibus persuader aliquem de falso, contra propriam conscientiam operari, quia alias habet iudicium aliud, talis per intrinseca principia, oppositum explicable, & posse operari juxta opinionem probabilem. At si tale iudicium non dicitur, non potest operari contra illam, sed tenetur sequi iudicium illud, cūm non efficiens aliud principium in intellectu, unde alius actus in voluntate sequi posset. Ergo idem in nostro casu dicendum est. Huncque Pontius.

Existimat itaque hic Author, ut confesus, præstitus cum falso opinione impedit, valeat, oportere, ut contrahenter illam falso opinionem, aliam habent, quā ipsi occurrat, forte se non tenent pedimento; ita ut consensus eorum ibi conditionatur, qui sic explicari posset: *teneamus impedimento, & ju[nct]u resistamus si forte potest iniuri nos Matrimonium, consentimus in illad.* Quod est idem, videtur: *Volumus facere totum quod possumus, etiam: Volumus facere, quod facit Ecclesia, quod faciunt alii ceteri, quando contrahenter matrimonium. Certum quippe est has voluntates non posse dirigi eo iudicio falso, de impedimento seu in invaliditate Matrimonii comprehendendi; nam idem esset, ac fidicent: Volumus valide contrahere, quod facit Ecclesia, & faciunt alii ceteri, quia scimus fabulae immemur, quod patet esse falso.*

Quare ergo volunt facere, quod facit Ecclesia, & quod ceteri faciunt? Respondeat, quia cogitant, forte se posse valide contrahere, & per consequens posse facere, quod facit Ecclesia, & quod ceteri faciunt.

Nec idem dici debet formidare de impedimento; quia cum morali cernitudine potest stare physica aliqua incertitudo deposito, quæ proprie non potest die formido, scilicet cum fundamento in re, & adhuc hominius hæc vana formido sufficiens, ut homo dicat: *Volo absolute contrahere, & verē possum contrahere.* Et hactenus quicun-

de Matrimonio, inito ex errore. Sequitur altera pars hujus Sectionis, in qua agitur de Matrimonio inito ex metu, pro quo pono sequentes Conclusiones.

CONCLUSIO IV.

Non vitiatur Matrimonium ex metu justè incusso.

NON est nostræ intentionis, hic tractare de omnibus contractibus, sive gratuitis, sive onerosis, ex metu initis, quia hoc spectat ad tractatum de Justitia & jure, ubi natura contractus in genere & in specie à DD. communiter explicatur; sed de solo contractu Matrimoniali, qui propriis est huic loco, & proprias habet considerationes, propter suam singularem difficultatem, & indissolubilitatem, quæ sunt in causa, ut videatur requirere etiam maiorem libertatem, quam alii contractus, qui temel validi facile dissolvi possunt, vel ab ipsis contrahentibus, vel auctoritate Recip. ut proinde non semper valeat argumentum à validitate vel invaliditate aliorum contractuum, ad validitatem vel invaliditatem Matrimonii.

Hinc qui affirmant, ad valorem aliorum contractuum sufficere consensum debitum; negant tamen, eum sufficere ad valorem Matrimonii; & qui affirmant, metum gravem, etiam iustè incussum, non irritare jure naturæ alios contractus onerosos; nihilominus docent, eiusmodi metum irritare jure naturæ Matrimonium, ut infra videbimus.

Iraque metus vel à principio reddit Matrimonium invalidum, vel non relinquit invalidandum; contrarium in aliis contractibus saepius evenit; videlicet, ut quævis à principio validi sint, tamen ratione metus seu coactionis postmodum rescindantur. Sicut etiam dolus vel à principio invalidat Matrimonium vel non relinquit in invalidum, quævis alii contractus dolo initi, non raro à principio validi sunt; rescindibiles tamen ratione dolis, sive per judicem, sive per ipsum, qui ex dolo contraxit. Ratio differentiae jam est assignata; quia Matrimonium semel validum, ex se, secundum præsentem Dei institutionem, est indissolubile, & ideo merito maiorem videtur requirere libertatem, ut à principio valeat.

Quod ergo hic queritur est; an metus tollat illam libertatem? In jure æquiperantur dolus & metus, utrū & vis; argumento cap. Cum contingat, 2.8. de Jurejurando ibi: Huiusmodi juramenta sine vi & dolo sponte praestita. Et leg. 5. Cod. de Inutilib. stipul. Dolo vel metu addibito; actio quidem nascitur, si subdia stipulatio sit &c. Item l. ff. Quod me-

tus causâ &c. Ait Praetor: Quod metus causa gestum erit, ratum non habeo. Olim ita edicebatur: Quod vi metusque causâ Vis enim siebat mentio, propter necessitatem impositionem, contrariam voluntati: metus, insistantis, vel futuri periculi causâ mentis trepidatione. Sed postea detracta est vis mentio, id est, quia quodcumque vi atroci sit, id metu quoque fieri videatur.

Metus itaque communiter definitur ex hac lege, ut nihil aliud sit, quam: Instantis, Quid sit vel futuri periculi causa, mentis trepidatio. metus, & Quæ definitio competit omni metu; puta, quo inplexus. concusivo, qualis est is, qui per minas interficit; impressivo, qui dicitur metus facti, ut cum actu intervenient verbera, vel carcer, compulsivo potentia, quando metum inferens est vir potens in Republica; reverentia, ut filii erga patrem, uxoris erga virum; & metu perfidiae, quando scilicet perfidiae timore aliquid datur, ut si morbo laborans, prodigie largiatur medico, timens ne perfide medeatur, vel clientulus caudicido eodem timore.

Convenit etiam merui gravi, id est, qui cadit in virum constantem; & merui levii, qui non cadit in virum constantem. Plura autem hic occurrerent dicenda de meru gravi, sed illi reservo pro sequenti Conclusione, quia ad veritatem præsentem perinde est, siue metus sit gravis, sive levius, dummodo iustè incusus sit.

Quæreris autem aliquis à me, quid sit vis? Respondeo per leg. 2. ff. Quod metus causa Vis est majoris rei imperus, qui repellere non potest. Notat autem bene Gloss. l. 1. ff. eod. verb.

Vis atroci. aliam esse vim compulsivam, vel etiam inquietuvam; aliam expulsivam seu ablativam, vel turbativam. Et quidem non definitur ibi vis, ut notat Gloss. verb. Non potest, compulsiva; quia ei resisti potest, licet cum periculo. Cod. de Hæred. inßit. l. Cùm proponas. vel subaudi, commode.

Vis ergo compulsiva, ut & metus, de quibus agitur in isto titulo juris, & nos agimus in præsenti Conclusioni, admittunt aliquem consensum voluntatis, ut notat etiam Gloss. in leg. 1. verb. Voluntatis, dicens: Scilicet spontaneæ: nam quedam voluntas inesse in metu, ut infra eod. l. Si mulier §. Si meru. & sic idem sive volens & nolens secundum leges.

Ex quo pater, quid sit vis expulsiva, seu ablativa, vel turbativa, scilicet, quæ austert omniens consensum voluntatis. De qua uringe vi, ita differit Doctor Subtilis 4. dist. 29. q. unica: Urimus consensus coactus sufficiat ad Matrimonium contrahendum? Sic, inquam, scribit n. 6. Ad questionem igitur duo sunt vindenda; primo quælibet posse esse consensus coactus; secundo, si ille sufficiat ad contractum Matrimonii. De primo, contradictione est, voluntate

III 3
tem

Vis compul-
siva & me-
tus admis-
tunt aliquæ
consensum.
scilicet
spontaneæ:
nam quedam
voluntas in-
esse in
metu, ut
infra eod.
l. Si mulier
§. Si meru.
& sic idem
sive volens
& nolens
secundum
leges.

scilicet
expulsiva,
abla-
tiva, vel
turbativa,
scilicet,
quæ austert
omniens
consensum
voluntatis.
De qua
uringe
vi, ita
differit
Doctor
Subtilis
4. dist.
29. q. unica:
Urimus
consensus
coactus
sufficiat
ad
Matrimonium
contra-
hadum?
Sic, inquam,
scribit
n. 6. Ad
que-
tionem
duo sunt
vindenda;
primo
quælibet
posse
esse
con-
sus
coactus;
secundo,
si ille
sufficiat
ad
contra-
ctum
Ma-
trimonii.
De
primo,
contra-
diccio
est,
volunta-